¶ Tertia rõ eſt. Ars cõis ⁊ pͥncipał: ſpeciales artes ſubſeruiẽtes cauſat effectiue ⁊ exẽplariter: ſicut ars militaris cauſat eq̃ſtrẽ ⁊ frenefactiuã: ſꝫ intelligẽtie ſcðe ꝯparãtur ad pͥmã ſicut artes ſpãles ad cõeꝫ: ait enim Cõmẽ. 12. meta. cõ. 44. ꝙ habitudo itelligẽtiaꝝ aliarũ: ad pꝛimã eſt habitudo artium ſpãlium ad cõem. Via vero Auer. credit ab aduerſarijs eẽ via pꝛincipis Ariſt. ḡ pꝛĩa intelligẽtia effectiue ꝓduxit ſcðas. Et ſi hãc rõnẽ latius conſiderare volueris: vide magnũ doctoꝛẽ. 12. meta. Nõ etiã pigeat reminiſci ſnie Ariſt. 12. meta. in tex. 16. ⁊. 17. ex quibꝰ elicies ꝓductionẽ humanoꝝ itellectuũ a deo. Et erit nõ mediocre lumẽ ad itelligẽdã efficiẽtiã pͥmi reſpectu ſecũdarũ intelligẽtiarũ. Hoꝝ meminit Herueus in trac. de eternitate mũdi. ar. 5. ⁊ qm̃ hec cõcluſio ⁊ ſequẽtes ſunt pͥma pͥncipia apꝺ diuinos ſapientes: rationes ſolũmodo peripatheticas in medium deducere curauimus.

## Cõcluſio. ij.

¶ Coꝛpoꝛa celeſtia ſunt effectiue pꝛoducta a deo ſm Ariſtotelẽ.

¶ Iſta ꝯcluſio tripliciter ꝓbatur. ¶ Et pꝛima quidẽ rõ ſumit ex ſbã celi. Talis eñ eſt diſpõ ſbe celi vt depẽdeat a pꝛincipio effectiuo ꝓducẽte. ergo ſunt pꝛoducta coꝛpoꝛa celeſtia a pꝛimo: cũ ab alio impoſſibile ſit ipſa eſſe ꝓducta. ꝯña pꝫ qm̃ in ſeparatis a materia idẽ eſt eſſe ⁊ poſſe. 3. phy. tex. 38. Antecedens pꝛobatur. Habẽtis entis

ſuperiora ſm perfectionē eē ⁊ ꝟi=
tatē: neceſſe eſt eſſe talis diſpōnis
vt depēdeāt effectiue ab ente per
fectiori. ſꝫ corpora celeſtia habent
entia trāſcēdētia ſe in entitate et
veritate. ğ neceſſario effectiue depēdē
ab ente perfectiori. Hoc eſt qđ di=
xit phs. 2. meta. tex. 4. Semꝑ exi=
ſtentiū pncipia ſemꝑ eē veriſſima
neceſſe eſt. Nō enim qñqꝫ ꝟa qñqꝫ
nō. Nec illis cā aliqđ eſt vt ſint ſꝫ
illa alijs. ¶ Ubi Cōmē. cō. eiuſdem
textus. dicit ꝙ phs inuit ꝑ hoc di
ſpōnem pncipiorū corporū celeſtiū
Obio. cū corpib⁹ celeſtib⁹. ¶ Sꝫ obijcit
Grego. Grego. de Arimino in. 1. diſt. 2. ꝙ
auctoritas phi intelligit̄ de pncipijs
Rñſio. ſciarū: ſicut pꝫ legēti. ¶ Sꝫ nos di=
cimus legēti textū patere melius
ꝙ de pricipijs ſciarū ⁊ de effectiuo
ꝓducēte eē pariter intelligat̄. Nā
ait. Nec illis aliquid eſt cā vt ſint
Obio. Deide ſubinfert: ꝙ vnūqđqꝫ ſicut
ſe hꝫ: vt ſit ita ⁊ i ꝟitate. ¶ Obijcit
quoqꝫ hāc ꝯñam nō valere: corꝑa
celeſtia hñt cām: ğ cām efficientē
pōt. n. eſſe cā finalis. ⁊ ſic intelligit
Rñſio. Cōmē. ¶ Sꝫ ꝯtra. Aut ſermo Ari.
eſt de cā efficiente aut finali: ſi de
efficiēte. habet̄ intentū: ſi de finali
⁊ text⁹ pluralr̄ vt iacet eſt intelligē
dus. ergo plura entia erunt non
hñtia cauſam finalē: qđ repugnat
pho. 12. meta. tex. 52. pꝫ quoqꝫ ꝑ
exēplū inductū in textu de igne: q
eſt cā caloris effectiua ꝓductiua:
Ariſto. loqui de principio efficiēte
Neqꝫ ita ſenſit Auer. vt Greg. di=
xit. Nā exponēs ꝓdicta verba: ita
dicit in cō. 4. Pria cā oīm entium
eſt magis digna ⁊ in eē ⁊ in ꝟitate
ꝙ oīa entia. Oīa eñ entia nō acq=
rūt eē ⁊ ꝟitatē: niſi ab iſta cā. Hec
Auer. acquirere ꝟo eſſe nō fit pro
prie: niſi per pncipiū effectiuū ꝓ=
ductiuum. Qđ ēt ſic alibi ſenſerit
Auer. in huiuſmet ꝯclōnis proba
Qđ. tionib⁹ exploratū faciem⁹. ¶ Qđ
ſi querat̄. Cur pricipia in plurali
numero dixerit Ariſt. cū vnum ſit
tm̄ pncipiū effectiuū corporū cele=
ſtiū ceu in. vlti. 12. meta. ꝓbauit.

¶ Rñdet̄ hoc egiſſe ſequēs morem Rñſio.
ſuū: antea eñ ꝙ qōnem declara=
uit an ſint plura iꝓducta: ita lo
qui potuit ⁊ decēter potiſſime cū
pncipiū vnū exñs multa ſit ſm ra
tionē ⁊ ſm diuerſum genus cauſe Confir=
ſit pncipiū: ⁊ hoc ē: qđ dixit Auer. matur.
in lib. deſtructio deſtructionū. pri auctori
mū inquit pncipiū oīuꝫ iſtorū pn= tate
cipiorū eſt pncipiū ſm efficiēs ⁊ for Auer. in
mam ⁊ finē: nā forma ⁊ finis ſunt lib. de=
idē in hoc genere entiū: dans aūt ſtructio
finem dat formam ⁊ efficiens. deſtru=
¶ Scđa ratio eſt ⁊ ſumit̄ ex parte ctionū.
eternitatis motus circularis q̄ eſt
veluti ꝓpria paſſio celorū. Arguit̄
itaqꝫ. ſic deus eſt cā efficiēs ꝓdu=
cens eternum motū in celis. ğ eſt
ēt cauſa ꝓducens ſbas ipſorū cor=
porum celeſtiū. Añs notū eſt. ꝯña
vero eſt Ari. 12. meta. tex. 37. ⁊. 38.
vbi ꝓbat celū ⁊ totā naturā depē
dere a deo ⁊ intelligit̄ de depēdē=
tia effectiua qm̄ mouet primū ce=
luꝫ motu circulari eterno ⁊ neccō.
¶ Eadē ꝯña eſt Auer. ī lib. deſtru=
ctio deſtruc. in modo ſcđo. q. 3. Si
mūdus inquit eēt eternus ex ſe ⁊
exiſtēs nō ſm ꝙ mobilis: naꝫ oīs
motus ꝯſtitutus ex partib⁹ eſt no
uus. i. factus: nō haberet efficiēs.
Sꝫ ſi eſt eternus per diſpōnē per
quā ſemꝑ eſt in factione vel crea=
tione ſua: tñ factio nō hꝫ pncipiū
nec finē: tūc dans vel cauſa iſtius
factionis eterne magis debꝫ dici effi
ciens ꝙ dans vel cauſa factionis
noue: ⁊ ſm hāc viā mūdus eſt fa=
ctus a deo. Hec Auer. ⁊ intelligit.
Auer. per mundū corpora celeſtia
vt cōiter illi⁹ ſectatores exponūt
⁊ cōtextus cogit. Hec itidē ꝯña po
nit̄ ab eodē Auer. ca. 2. de ſba or=
bis dicēte. Et nō eſt dubiū in hoc
ꝙ agēs ipꝫ eſt mouēs ipm. Quod
eñ mouet ipꝫ motu ꝓprio ē illud
qđ largit̄ ei diſpōnes ꝑ q̄s acq̄rit
motū ꝓpriuꝫ. hec ille. ¶ Eſt quoqꝫ
hec ꝯña ſm dogmata Ari. neceſſaria.
Quia cum ſit vnicū ens largiens
eternitatē ſiue motus ſiue ſbe: effi
ciēs eternitatē motus ⁊ ſbe: dabit̄



quoqꝫ efficienter ſbam cui ſemper
iuncta eſt ꝑpetuitas. Non eñ rō
capꝫ pōt: quō eternitatē ſine ſba ꝓ
ducere poſſit primū ens: aut poti⁹
quō ſba cui iuncta eſt inſeparabi=
liter eternitas. improducta rema
neat illius eternitate producta.
¶ Tertia rō ſumit̄ ex finita virtu
te actiōis illorū. ⁊ arguit̄ ſic. omne
ens finite virtutis ſm actionē ne
ceſſe eſt ꝙ ſit effectiue ꝓductū ab
aliquo. Sꝫ corpora celeſtia ſunt fi
nite virtutis ſm actioneꝫ. ğ. neceſſario
ſunt effectiue producta ab aliquo
Non aūt niſi a pmo pncipio qđ ē
deus vt probatum eſt: ergo a deo
ſunt ꝓducta effectiue: maior licet
probari multipliciter poſſit etiaꝫ
ſm Ariſt. vt patebit in ſequentis
cōcluſionis ꝓbatione: tamen ipa
tantum ꝓbatur in preſentiarum
Vide auctitate Auer. đ ſubſtātia orbis.
ꝙ pul= cap. 2. debes inquit ſcire: ꝙ iſtud
chre fir= corpus celeſte nō indiget virtute
met itē= mouēte in loco tantū. ſꝫ ⁊ virtute
tū dctā largiente in ſe ⁊ in ſua ſubſtantia
Auer. permanētiā eternā: qm̄ ⁊ ſi ſit ſim
plex ⁊ non hꝫ pncipium ad corru=
ptionē: tñ eſt finite actionis ꝟtus
neceſſario: q2 eſt finitarum dimēſionū
⁊ terminatū a ſuperſicie cōtinēte
ipſum. Hec Auer. quibus verbis
manifeſta quoqꝫ minor ꝓbatur.
Expō ¶ Neqꝫ dicendū vt Grego. de Ari=
Grego. mino vbi. ſ. ꝙ Auer. intelligit ꝙ
indiget largiēte in ſe ⁊ i ſua ſuba
permanentiā formalr̄ ⁊ nō produ
ctiue. Naꝫ eo mō largit̄ permanē
Impro= tiā quo modo largit̄ motū: mani=
batio. feſtiſſimū ꝟo eſt ꝙ nō largit̄ motū
celo pmū mouēs niſi ꝓductiue. ⁊
cū legēti textū attēte ⁊ ſciēti morē
Auer. quo ſemꝑ vitat equocatio=
nē quātū poſſibile eſt ⁊ ſapientē decet:
talia explorata exiſtant: ampliora
circa hāc auctitatē non dicemus.

# Cōcluſio tertia.

¶ Generaliter omnia entia pre=
ter primum ſunt effectiue ꝓdu=
cta ab ipſo primo ſm Ariſtotelē.
¶ Iſta concluſio ꝓbat̄ tripl'r. ¶ Pria

ratio ſumitur ex parte dei qui eſt
primum ens et perfectiſſimum.
12. meta. tex. 37. Primum in vno=
quoqꝫ genere eſt cauſa omnium
q̄ ſunt ſub illo gñe: ſicut ignis ē cā
cuiuſlibet cal'i. 2. met. tex. 4. pmū
aūt ens ⁊ pmū vnū ē de⁹. 12. met.
tex. vlt. ğ de⁹ eſt cā effectiua cuiuſ
libet alterius hñtis eſſe ⁊ vnitatē.
Inde in vlt. cō. 12. meta. qđ deficit
a traductiōe latina inq̄t Auer. oē
cōpoſitū indiget cā extrinſeca a q̄
vel per quā illud cōpoſitū eſt vnū.
Deinde ſubiungit: ⁊ hec eſt cā ꝙ
mūdus eſt vn⁹ a prio. Et hāc rōnē
frequētius i mediū deducūt ꝑipa
thetici. Si aūt dicat̄ ꝙ ens nō eſt
ꝓdicatū vniuocū nihilomin⁹ pre=
dicta ꝯclō ſequit̄: nō eñ đ multis
equoce dr̄ ſꝫ ꝑ analogiaꝫ: ⁊ ſic opꝫ
fieri reductionem in vnum.
¶ Scđa rō ſumit̄ ex pte. ordinis
rerū ꝯſtituētiū veluti ꝑtes vnū to
tū mundū: ⁊ hoc ſupponit̄ vtpote
manifeſtū ēt ſenſu: ⁊ a pho oñdit̄.
12. meta. tex. 52. Qđ ē cā effectiua
ordinis toti⁹ vniuerſi: ē quoqꝫ effe
ctiue ꝓducēs oē ens qđcūqꝫ fuerit
pars vniuerſi. ſꝫ de⁹ ē cā effectiua
ordinis toti⁹ vniuerſi: qm̄ de⁹ ad
totū vniuerſuꝫ ſe hꝫ ſicut dux exer
citus ad exercitū: a q̄ ⁊ ꝑꝑ quē eſt
ordo exercit⁹. 12. met. tex. 52. ğ oīa
entia ſunt ꝓducta effectiue a deo.
maior ꝟo ꝓbat̄. Nā entia vniuerſi
aut ſunt iꝓducta aut ꝓducta. ſi
ꝓducta. ğ a deo: ⁊ pꝫ in ſuperiori=
bus ꝯñtijs. ſi ꝟo improducta eſſe
dicis ſꝫ ordinata a deo: cōtra iſta
entia ſm eorū nās oēs ſunt eſſen=
tialiter ordinata. ğ impoſſibile eſt
ꝙ de⁹ ordinē rerū ꝓduxerit: entia
vniuerſi nō producēdo.
¶ Tertia rō ſumit̄ ex parte rerū:
q̄ oēs pmo enti cōparate ſunt im=
perfecte. Oē igit̄ ens iperfectū eſt
ꝓductū effectiue ab ente perfecto
ſiue imediate ſiue mediate: ſꝫ de⁹
eſt ens perfectiſſimū ⁊ optimū. 12.
met. tex. 37. ğ oīa entia ſunt a deo
effectiue. pma declarat̄. Nā ſemē
ab aīali originē ſumit ⁊ gñabilia

ab ingenerabilib⁹.ppea phs.12.
meta.tex.vlti.arguit ponẽtes ſpe
cies ſepatas:eo ꝙ ipſe nõ poſſent
eſſe principia motiua ⁊ ꝓductiua
harũ reruꝫ inferioꝝ:tanꝗ̃ neceſſi
tas ponẽdi ſubſtãtias ſeparatas
ſit vt ipe pfecte ſint ꝑncipia entiũ
īperfectoꝝ.Cõcludim⁹ itaqꝫ id qđ
ait expꝛeſſe phs in ꝓhemio meta
phyſice:ꝙ deus videt̃ cauſa oib⁹
eſſe ⁊ principium.

## Concluſio.iiij.

Demonſtratiue probatur oĩa
alia a deo:eſſe ꝓducta effectiue
ab ipſo.

Sanctus Tho.in.2.ſen.di.1.q.
1.ar.2.tenet ꝑfatã ꝯcl'onẽ pp rõnẽ
tertiã q̃ imediate poſita ẽ ad ꝓbã
daꝫ tertiã cõcluſionẽ.Scđo queqꝫ
ꝯtra gẽ.ca.15.multas rõnes indu
cit q̃s necias aſſeuerat:cũ ſp cõ
cludat.opꝫ ergo oĩa a deo eſſe:qđ
ꝓpꝛiũ eſt demonſtratoꝛis.

## Concluſio.v.

De⁹ potuit aliqđ ens finitũ/
ab eterno produxiſſe.

Hãc cõcluſionẽ in cuius vitate
ꝯſiſtit tota qõ de eternitate mũdi
vt inq̃t.s.Tho.i tractatu de eter
nitate mũdi ꝓbat idẽ.s.D.effica
ciſſime:⁊ eius quidẽ rõ potiſſima
eſt quã ponit ibidẽ eſt de potẽtia
dei.q.3.Sumit̃ aũt ex rõne ꝓdu
ctiõis inſtãtanee:qua de⁹ res in
eſſe ꝓducit ſicut oẽ agẽs in inſtã
ti non ꝑcedit necio ꝛm durationẽ
ſuũ effectũ:ſꝫ deus eſt agẽs actio
ne ſubita ⁊ inſtãtanea ⁊ nõ ſucceſ
ſiua:et potuit ab eterno ꝓducere
aliq̃d ex ſe finitũ.ꝫ potuit de⁹ ab
eterno ꝓduxiſſe aliqđ ens finitũ.
Prima ptꝫ ꝑ inductionẽ in oibus
mutatiõib⁹ ſubditis:ſicut eſt illu
minatio ⁊ hmõi.Probat̃ ẽt rõne.
Tũ qꝛ in quocũqꝫ iſtãti ponit̃ res
põt poni principiũ actiõis ei⁹:ſi
cut pꝫ i gñabilib⁹.Nã i eodẽ iſtã
ti ponit̃ ignis ⁊ calefactio.Tũ qꝛ
hoc idẽ pñt agẽtia ſcđa que ſolam
formã ꝓducũt:vt pꝫ in ſole illu
minante.ꝫ multo magis hoc pote
rit primũ agens qđ totã ſubſtan
tiam rei ꝓducit.Tum qꝛ deus eſt
cõpleta cã agens per voluntateꝫ.
At qm̃ peripathetici huic ꝯcluſio
ni aſſentiũt vnanimes:fruſtra a
lias rõnes iducere nõ libet.

## Concluſio ſexta.

Hec duo cõpoſſibilia ſunt ſꝫ in
tellectũ:mũdus eſt fact⁹ a deo:⁊
mũdus non habuit initiũ dura
tiõis ſiue fuit ab eterno:ſi tñ mũ
dus ſimpliciter intelligatur.

Antea ꝗ̃ iducamus ꝓbationẽ:
dicam⁹ ꝑmo ꝙ p mũdũ ſimpl'r in
telligim⁹ ſbãs coꝛpoꝛũ ſimpliciũ
ac motũ celi:nõ ãt oĩa entia ſꝫ to
tũ oꝛdinẽ quã nũc i mũdo ꝯſpici
mus.Hãc aũt ꝯcl'oneꝫ ꝓbat.s.T.
in trac.de eternitate mũdi:cui⁹ rõ
nem nos breuiter receſẽm⁹.Nam
ſi illa duo ſunt incõpoſſibilia:hoc
nõ eſt niſi ꝓpter alterũ duoꝛũ:aut
pp vtrũqꝫ:aut.ſ.qꝛ opꝫ cãm agẽtẽ
ꝑcedere effectũ duratione:qđ nõ
eſt:vt ꝓbatũ eſt in ꝑcedẽti conclu
ſiõe:aut qꝛ opꝫ ꝙ nõ eſſe ꝑcedat eẽ
duratiõe:pp hoc ꝙ dicit̃ creatuꝫ a
deo ex nihilo fieri:qđ nõ eſt.Nam
ex ipoꝛtabit oꝛdinẽ affirmatũ nõ
duratiõis:ſꝫ nature:vt.ſ.eternum
ſit prius natura nihil ꝗ̃ ens.ergo
hec duo ſunt ꝯpoſſibilia.ſꝫ itell'ꝫ.

Ex hac cõcluſione ſequit̃ coꝛre
larium:motui ⁊ tempoꝛi nõ repu
gnat infinitas.

## Concluſio.vij.

Munduꝫ:non ſemper fuiſſe vel
non eſſe coeternum deo:demon
ſtrari non poteſt ſed ſola fide te
netur.

Iſta concluſio probatur ſic a.s.
Thoma in prima par.q.46.ar.2.
Si mundũ eſſe coeternũ Deo de
monſtrari poſſet:aut ex parte ip
ſius mũdi:aut ex parte primi agẽ
tis dei demonſtraret̃.Non primũ
quia mũdi nõ eſt qđ q̃d eſt abſtra
hẽs ab hic ⁊ nũc.Qđ quid eſt vo ẽ
mediũ i demr̃atione.Nõ ſcđꝫ.Ni

Ideꝫ tꝫ Scot⁹ i.2.ſen. di.1.q.3.



hil.n.qđ depẽdet ex volũtate dei:
niſi neceſſe ſit illud abſolute deũ
velle:põt demr̃atiue ꝓbari icepiſ
ſe:ſꝫ mũdus ẽ hmõi.ꝫ ipm eſſe co
eternũ deo demr̃ari nõ põt.Scđa
vo ps ꝯcl'onis pꝫ:cũ deo reuelãte
hoc nobis inotuerit.Cui⁹ ſpiritu
Moyſes de ꝑterito ꝓphetauit di
cẽs.In ꝑncipio.ſ.tpis creauit de⁹
celum et terram.

## Concluſio.viij.

Seruato oꝛdine qui nũc ẽ:non
potuit mundus eſſe ab eterno.

Primũ ſuppoſitum.

Hec cõcluſio ꝓbat̃ duobus pro
cõſtãti acceptis:que ẽt credim⁹ de
mẽte Ari.eſſe.Primũ eſt imoꝛ
talitas aĩe rõnalis nũerate ad nu
merũ coꝛpoꝛũ ſine circulo:ſicut pꝫ
3.de aĩa.⁊.12.met.tex.17.vbi con
tra Platonẽ arguit:ꝙ cãe foꝛma
les nõ ꝑcedũt ſua ſubiecta:aliqua
aũt foꝛma que ẽ human⁹ intell's
remanet poſt.Scđꝫ ẽ ipol'itas
infiniti i actu ſimul ẽt p accñs:vt
ꝓbat.3.phyſi.Arguit̃ ergo ſic.Si
potuit mũdus eẽ ab eterno ſerua
to oꝛdine q̃ nũc ẽ.generatio hoĩuꝫ
fuit ab eterno ⁊ ita ĩfinite aĩe actu
erũt:qđ eſt ipoſſibile.vt probatuꝫ
fuit:ꝫ ſeruato oꝛdine pñti.non po
tuit mũdus eſſe ab eterno.Et hec
rõ:magnã lꝫ inferat moleſtiã peri
patheticis.qꝛ nõ inuenit̃ ꝙ Ariſt.
iſti rõni ſatiſfecerit.Platonici tñ ⁊
reliq̃ ponẽtes mũdũ habuiſſe ini
tium tẽpoꝛis:gaudẽt pluri muꝫ in
hac rõne:effugientes magnos la
queos erroꝝ ⁊ icõueniẽtia inume
ra:q̃ opoꝛteret admittere cõceſſa
mundi eternitate.

Scđm ſuppoſitum.

## Cõcluſio nona.

Neceſſario creatura eſt pri⁹ na
tura non ens ꝗ̃ ens:non autem
duratione.

Hec ꝯcluſio coꝛrelaria eſt ex ſu
perioꝛib⁹:quã iõ ſic diſtictã poſui
mus vt attentius animaduertat̃:
et argumenta ad ipſam facta di
ſtinctioꝛa ſint.⁊ per ꝯñs facilius
percipiantur.

Deducitur ergo ſic ex ſuperioꝛi
bus concluſionibus.Id cui⁹ eſſe
neceſſario depẽdet ab alio effecti
ue ita ꝙ efficiens poteſt produce
re et non producere quando vult:
illud neceſſario eſt prius natura
non ens ꝗ̃ ens:non aũt duratio
ne:ſed oĩs creature eẽ a deo neceſ
ſario depẽdet efficiẽter:ceu pꝫ per
ꝑmas ꝯcluſiones.⁊ deus põt pro
ducere ⁊ nõ ꝓducere.qm̃ libere ꝓ
ducit ea que habẽt eſſe extra ipm:
ſicut pꝫ per octauã hypotheſiꝫ pri
mi libꝛi:⁊ ẽt ab eterno potuit ꝓdu
cere ſicut pꝫ potiſſime p quintam
ꝯcluſionẽ.ꝫ necio creatura ẽ pri⁹
nã nõ ens ꝗ̃ ens nõ aũt duratio
ne.Iſta aũt neceſſitas eſt intrinſe
ca rebus remotis.ſ.oib⁹ q̃ ſibi cõ
ueniũt ex cauſis extrinſecis.Qui
ẽt modus necitatis foꝛmal'r ⁊ in
trinſece:necio nõ repugnat.

Finis tertij libꝛi i Auerroiſtas
de eternitate mundi.

# Liber q̃rtus

de obiectiõib⁹ diuerſoꝛũ aduer
ſuꝫ ꝯcl'ones ꝺ eternitate mun
di:poſitas i libꝛo ſupioꝛe ⁊ earũ
diſſolutionibus.

Prohemium.

Quoniam teſte Auer
roi cõ.ꝑº.tertij met.
Modus ex q̃ adue
nit difficultas ẽ ali⁹
a mõ ex quo aufert̃.
Modus.n.ex quo
aduenit eſt ſimilis ligamento:⁊
modus ex quo aufertur eſt ſilis
diſſolutiõi ligamẽti:iõ neceſſe eſt
vt via ex qua diſſoluunt̃ qõnes ſit
alia a via ex qua accidũt.Uult di
cere Auerrois ꝙ diſſolutio argu
mentoꝝ ⁊ determinatio veritatis
non debẽt ſimul fieri qm̃ iſte ſunt
diuerſe vie:eſt autem neceſſaria
hec inductio obiectoꝛũ a diuerſis
hominibus excogitata.Primo qꝛ
vt ait Ariſto.tex.2.ſecundi meta.
et Auer.in cõmento eiuſdem tex
tus artes non cõplentur niſi per
iuuamentũ prioꝛis ad ſequentes

Nullus.n.vt dicit Auer.cō.1. ſcdi met.ſine cōicatione alteriꝰ ſcinit d ea.i.veritate aliquā quātitatē ſʒ ꝙ opʒ.Scdo qꝛ ex hmōi argumētationibꝰ cognoſcit quātitas difficultatis eiꝰ qd querimꝰ.Qui aūt cognoſcit:inqt idē Auer.cō.1. tertij meta.aliqd anteq̄ cognoſcat quātitatē difficultatis eiꝰ:aſſimilat eis quoꝝ pedes ſunt ꝑ viaʒ rectā ⁊ neſciūt ꝙ ſui pedes ſunt ī illa.Et paulo inferiꝰ ſubiūgit idem Cōmē. ⁊ qui neſcit quātū querit: neſcit ipē qn̄ inuenerit eū Quāobrē hoc vltio libro diſſoluēda ſunt obiecta que aduerſus p̄cedētis libri ꝯcl'ones veriſimiliora videt.

¶Obiecta aduerſus primā ſecūdam ⁊ tertiā ꝯcluſiones.

GRegoriꝰ de Arimio in .2.ſen.diſ.1.q.1. obijcit ꝯ p̄mā ſecūdā ⁊ tertiam ꝯclōnes. tenēdo ꝓ ꝯſtāti oppoſitum fuiſſe de mente Ariſto. Supponit autē duo de mēte philoſophi et Commē. Primum ꝙ impoſſibile ſit aliquid fieri ex nihilo. qm̄ oē qd fit ex aliq̄ mā ex aliq̄ p̄ſuppoſito qd ꝓbat multis auctoritatibꝰ eoꝛuʒ. Scdm eſt ꝙ ſm eoſdē motꝰ celi ē eternꝰ:qd fuiſſe de intētione eoꝝ ꝓbare ē ſuperfluū. Ex quo ptʒ ēt corpora celeſtia ⁊ eoꝝ motores eē eternos.⁊ hoc ex 8.phy.⁊.2. met. notū eſt.ex his fundamētis :īquit iſte patet.ꝙ Ariſto.⁊ Cōmen.non ſunt opinati.

¶Primo. Mūm primā non eſſe factā.qd ēt probat in fine p̄mi phyſico.⁊ in.12.met. Nā eēt ꝓceſſus ī infinitum in materijs.

¶Scdo ꝙ celum non eſt factum cum ſit corpus ſimplex non compoſitum ex materia et forma vt ſingulariter ait Commē.primo celi.cōmen.20.

¶Tertio ꝙ mūdus nō ſit factꝰ.vt clare deducitur.primo celi. cōmē. 109.in fi.

¶Quarto ꝙ itelligētie nō ſint producte cum ſint eſſentie ſimplices. Unde Cōmē.12.met.cō.44.recitat opinioneʒ Auic.dicentis ꝙ ex intelligētijs q̄dā eaꝝ ꝯſequit quādam ſicut cā cauſatū: et a motore primi celi ꝓuēit aīa p̄mi celi.⁊ motor orbis.⁊ dicit Auer.ꝙ iſte ſermo eſt inimaginabilis : et negat omnem actionem qua intelligentie ſint producte:quoniam ab agente nihil prouenit niſi extrahere id quod eſt in potentia in actum : ſʒ illic non eſt potentia . Ex quibus etiam patet : ꝙ illa diſtinctio factionis in phyſica et emanationē ſimplicem eſt cōtra mentē Auer. arguētes Auic. q̄ emanatione tali ꝓductas eē itelligētias aſſerebat.

¶Ex ſcdo fundamento manifeſte quoq̄ concludit eadem .ſ. ꝙ nec corpora celeſtia nec intelligentie nec materia p̄ma cū hec ab eis ponantur eterna eſſe ſint facta.conſtat.n.ſm eos ꝙ omne eternum ē ingenitum : et omne ingenitum eſt eternum vt habetur pº celi et per hoc probant: ꝙ omne ingenitum eſt incorruptibile. Item ibidem phs diffinit genitum dicens Genitum eſt ens cui cōuenit p̄us non eſſe:et Cōmē.cō.124. Gn̄abile eſt quod in preterito tempore ē non ens:ex quo ſequitur ꝙ eternum non poteſt eſſe factum ſm eos.Itē ad idē eſt Auer.4.celi.cō. 1.⁊ p̄mo celi.cō.108.

¶Hoc idē ſic ꝓbat de itētiōe phi. 2.⁊.5.phy.Oīs factio ē motus vel mutatio:oīſq̄ motꝰ finitus finito tpe mēſurat ⁊ oīs mutatio iſtāti. ſi igitur aliqd eternū puta celum eſt factū aut fuit factū in inſtanti aut fiebat in tpe:⁊ ſi in tpe quū iā nūc nō fiat ſm phm:ſʒ ſit ꝑfectū: ſequit ꝙ ſuū fieri p̄ceſſit ſuū factū eē ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō eē eternū.ſi ēt in inſtāti:ſequit ꝙ nō ſit eternū. Cum nullū inſtās fuerit eternū q̄nimo an̄ qdlibet iſtās p̄ceſſit īfinitū tps

¶Itē ſm ipſos oīs mutatio eſt ex oppoſito in oppoſitū ptʒ.5.phy. ⁊ per ꝯn̄s nullū factū ē eternū. Nā



oīs talis factio fuit ex nō eē in eē. Nō eē aūt p̄ceſſit eſſe. Ad hoc ꝑpoſitū eſt Cōmen.3. de anima.cō.5. arguens Theophraſtum.

¶Ad maius vero robur dictoꝛuʒ ſuoꝝ obijcit idē Greg. qm̄ gn̄atio eſt eterna q̄ hʒ cāʒ agētē:⁊ motus celi eſt eternus q̄ tn̄ eſt factꝰ vt Cōmē.ponit.12.meta.cō.40. Ad hoc dꝛ inqt ꝙ ſʒ phm iſta ē ꝯcedēda. Ab eterno eſt vel fuit gn̄atio. Iſta tn̄ eſt negāda:gn̄atio ē vel fuit ab eterno:qꝛ nl'la gn̄atio fuit ab eterno. Sicubi aūt h̄ inueniat gn̄atio fuit ab etno accipiat ꝓ alia. Sil'r ſm phm hic eſt ꝯcedēda ſemꝑ vel ab eterno fuit motꝰ:⁊ iſta negāda motꝰ fuit ab eterno:qꝛ nl'la eiꝰ ꝑs fuit ab etno:nec totꝰ ſeu accipiat ſyncathegoreumatice vt idē ē ꝙ q̄libʒ ꝑs:ſeu cathegoreumaticequū ſignificet idē qd ꝑfectū ex ꝑtibꝰ ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝑtes motꝰ eēnt eterne qd ē falſuʒ. Rō p̄dictoꝝ ē.qꝛ cū ponit a ꝑte ſbi hʒ ſuppōnē determinatā ⁊ cū ponit a ꝑte p̄dicati hʒ ſuppōnē ꝯfuſaʒ.Ex his hr̄ ꝙ nulla entitas facta ſiue ſit gn̄atio ſiue motꝰ ſm phʒ ē etna:⁊ ꝑ ꝯn̄s qd obijciebat de gn̄atōe ⁊ motꝰ nullatenꝰ īpedit qd dicebat. Hec ex Gregorio.

¶Rn̄ſiones ad p̄ſata obiecta.

¶Quāuis aīaduertentibꝰ ea q̄ in p̄mo libro declarata fuere pateat rn̄ſio ad oba Grego.q̄ tn̄ amplius manifeſtioꝛ fiat:rn̄deamꝰ formal'r ad ſingl'a. Ad p̄mū q̄dē fundamētū dꝛ ꝙ ex nihilo nihil fit ſic̄ ex mā nō ex q̄ ſʒ in q̄.ſ.ſbta de cuius māe potētia educunt foꝛe factōe phyſica:⁊ ad hūc ſenſum Ari. ⁊ Cōmē. ſemper accipiūt ꝙ ex nihilo nihil fiat:⁊ ꝙ impoſſe eſt mūdū factū eē ex nihilo.ſʒ factiōe ſimplici mūdꝰ eſt factꝰ nō phyſica vt ꝓbatū ē de mēte Ariſt.⁊ Cō.eadē quoq̄ emanatōe ſimplici ꝓducta eſt mā pꝛīa nō tāq̄ tmīnꝰ totalis emanatōis illiꝰ ſʒ quaſi res ꝯſtituēs id qd eſt per ſe terminꝰ talis ꝓductiōis vn̄ meliꝰ cōproducta dꝛ eſſe mā p̄ma.

¶Idē dicimꝰ de corꝑibꝰ celeſtibꝰ q̄ emanatiōe quoq̄ ſimplici ſunt ꝓducta. Cauēdus ꝟo ē Auerrois aſſeuerās corꝑa celeſtia nō cōpoſita ex mā prima.Cū in hoc ꝯdicat p̄ncipi in multis locis preſertim ī tex.12.2.meta.⁊ in.12.tex.10.

¶Ad id qd obijcit qm̄ talis emanatio ſimplex ē ꝯtra Auerroiʒ ꝑꝑ talē pōnē arguētē Auicēnā rn̄det ꝙ ſi bn̄ aīaduertant dicta Auer.ī cō.44.12.meta. rep̄hēdit Auicē. nō ꝙ poſuerit ſbas abſtractas eē effectiue a deo.ſʒ modꝰ ꝓducēdi q̄ vnū tm̄ ꝓcedere a deo immediate dicebat:impugnat. Quāobrē dicit. Nō eſt.n. illic ꝓuentꝰ neq̄ ꝯſequutio:neq̄ actio.ita ꝙ dicamꝰ ꝙ vna actio ſequit vnuʒ agentē.Ut igit declararet ſe modū ꝓductionis impugnare:appoſuit ly(ita ꝙ vna actio.) Uere aūt ꝓductionis modū ſubiūgit in verbis ſequētibus dicēs.Tantū eſt enim illic cā ⁊ cauſatū ſm ꝙ dicimꝰ intellectū eſt vere cauſa intelligentis.

¶Ad ſcdʒ fundamētū dꝛ admittēdo motū eē eternū ſʒ Ari.neq̄ ꝑꝑ illud ꝯcedit intelligētias aut corpora celeſtia nō eē facta.⁊ ad primā ꝓbationē rn̄det ꝙ nullū eternū eſt gn̄abile gn̄atiōe ſupponēte motū ⁊ trāſmutationē:⁊ ad hunc ſenſuʒ accipiēda ſunt ꝟba Cōmētatoris.Ipſe.n.rep̄hēdit ponētes mūdū eternū ⁊ ꝓductū ꝑ motū et ex nihilo quod eſt impoſſibile.

¶Ad ſcdaʒ ꝓbationē rn̄det pº ꝙ oīs factio phyca eſt motꝰ vel mutatio quā neceſſe ē p̄cedere motū. Un̄ Auicenna pº ſue ſufficiētie dt ꝙ illa diffō Ari. 2.phy.et.5.meta. efficiēs eſt p̄ncipiū vn̄ motꝰ nō niſi agētis phyſici:qd agēs eſt magis nobis notū.ſcdo diceretur ꝙ celū fuit factū in inſtāti:nō q̄dē trāſeūte qd ſolū in tpe reperit: ſed ſtāte qd pōt coexiſtere īfinitis iſtātibꝰ. Uel dōʒ ꝙ ī iſtāti trāſeūte fuit factū celū.⁊ in inſtāti q̄cūq̄ tpis īfiniti fit mūdus a deo;qm̄ cōſeruat ab eo.ꝯſeruatio aūt ⁊ ꝓductio mūdi n̄ dr̄nt niſi ꝑ reſpectū ad diuer-

ſa. Diceret aũt: vt opinoꝛ: Ariſt. id
qđ ſit aliqua factõe ſequẽte motũ
quoquomõ fieri ĩ inſtãti: factionẽ
vo eternã alteriꝰ eẽ rationis. Ubi
hãc alterã ratiõnẽ perquirere vo=
lueris nõ ab Ari. illã expectato: ſꝫ
quid eiꝰ principijs conueniat dili
gentius excogitandum eſt.
¶ Ad tertiã ꝓbõnẽ dꝛ ꝙ oĩs muta
tio eſt ex nõ eſſe in eſſe. Sꝫ nõ eſſe
dupl'r eẽ p̃cedere põt. Pꝛio mõ du
ratiõe. Scđo mõ nã. Propterea fa
ctũ potuit eẽ eternũ: qꝛ nõ eſſe na
tura tantũ illius eſſe pꝛeceſſit.
¶ Ad ſolõnẽ vo quã affert Greg.
obioni ſue dđm ꝙ ipſa ñ ſatiſfacit
Nã iſta ẽ ꝯcedẽda a ꝑipatheticis
motꝰ ẽ eternꝰ: cũ ea ſic ſemꝑ vtant
p̃nceps ⁊ Cõmẽ. atq; oẽs fere peri
pathetici. Accipit vo cathegoꝛeu
matice. et cũ arguit ꝗ q̃libꝫ ps eiꝰ
ẽ: rñdet negãdo ꝯñaꝫ. Nã duplex
eſt ens. ꝑmanẽs. ſ. ⁊ ſucceſſiuũ. Ad
hoc vo ꝙ ens ꝑmanẽs ſit ꝑfectũ oꝫ
ꝙ oẽs ꝑtes eiꝰ ſint. Nõ ſic ãt de en
te ſucceſſiuo ad cuiꝰ ꝑfectionẽ nõ
exigit ꝙ oĩs eiꝰ ꝑs ſit vel aliq̃: ſꝫ ꝙ
aliqđ ſꝑ ſit ꝯtinuãs ꝑtẽ p̃teritã cũ
futura. Has itaq; rñſiones opina
mur eẽ ſꝫ dcã Ari. ⁊ Cõ. q̃re a ꝑipa
theticis recte ſentiẽtibꝰ admittũt.
¶ Obiectio ꝯtra quartã ꝯcl'onẽ.
¶ Admirãt pleriq; q̃nãmõ dm̃ſtra
ri queat oĩa ẽtia eẽ effectiue a deo
q̃ñ phs Ari. de q̃ Auer. ſcribit ĩ p̃º
phy. ĩ ꝓhe. ⁊ in cõ. 1. 2. met. ꝙ intel
lexit oĩa quoꝝ nã eſt capax. Uñ et
nũq̃ aliqđ dixit ſine forti ꝓbõne ñ
dem̃ſtrauerit hoc. Cuiꝰ efficax ꝓbõ
exiſtit magna inter ꝑipatheticos
diſceptatio ĩ q̃õe hac. An vꝫ Ari.
ĩtellexerit oĩa ẽtia eẽ effectiue a dõ
Non igit videt poſſe demõſtrari:
oĩa entia eſſe effectiue a deo.
¶ Sol'o p̃fate obiectionis.
¶ Non eſt dubiũ ꝯſiderãti addu
cta in ꝓbationibꝰ ꝯcl'onũ libri ſu=
perioꝛis Ari. ĩtellexiſſe ⁊ ſcripſiſſe.
A p̃º ente neceſſario oĩa eẽ effecti
ue. Cã vo diſceptatiõis iter ꝑipa
theticos fuit illiꝰ obſcura editio ⁊
ſmo grauis: breuis: ⁊ occultꝰ. Uñ
ſcribit Themiſtiꝰ ĩ p̃º paraphraſe
os phyſices. In auſcultatoꝛijs da
ta opa voluit obſcurꝰ. ſ. Ari. cẽ ra=
tus hũc modũ obiter poſſe rudio=
ra igenia ab hm̃õi ſtudio q̃ſi reijci
deterreriq;: vtpote quibꝰ futurũ
ſit: ꝑinde ac ſi neq; ſcripta quideꝫ
vnq̃ fuiſſent. Quapꝑ Alexander
poſt Perſaꝝ euerſionẽ hec ad illũ
ſcripſiſſe fert. Alexãder Ariſtoteli
ſalutẽ. Nõ recte feciſti ꝙ auſculta
toꝛios libꝛos foꝛas vulgaueriſ. Nã
qua alia re p̃ſtare ceteris ampliꝰ
poterimꝰ: ſi ea q̃ abs te accepimꝰ:
omniũ pꝛoꝛſus fiãt cõia? Ego vo
malim doctrina anteire q̃ copijs:
Alexãdro vero ſcripſit Ariſto. ijs
vbis. Ariſtoteles Alexandro regi
ſalutẽ. Auſcultatoꝛios libꝛos q̃s
editos q̃reris ⁊ nõ ꝑinde vt archa
na abſcõditos: ſcito neq; editos eẽ
neq; nõ editos. Cũ nobilibꝰ enim
ijs tñ erũt: q̃ nos vtiq; audierint.
Uale. Plutarchus in vita Alexan
dri de editiõe libꝛoꝝ metaphyſice
hec vltro citroq; fuiſſe ſcripta me=
minit. Hec Themiſtius.
¶ Obiecta p̃ma aduerſus quintã
cõcl'onẽ que recitat Scotus in
ſecundo ſen. diſt. 1. q. 3.
¶ Arguit aduerſus q̃ntã cõcl'onẽ
tribꝰ argumẽtiſ q̃ Sco. ex q̃libetis
Hẽrici ſumẽs refert in. 1. di. 2.
¶ Pꝛio q̃dẽ ſic. Si deꝰ potuit ali=
qđ finitũ ens ab eterno ꝓduxiſſe:
ſequit ꝙ illđ ens ſemꝑ a deo ꝓdu
cat: qđ eſt ĩpoſ'e. Tũ qꝛ nõ eẽt ens
ꝑmanẽs. Tũ qꝛ: nõ differret creari
⁊ ꝯſeruari qđ eſt falſum: q̃m ꝯſer=
uari ſupponit eẽ nõ aũt creari. Et
qꝛ agẽs ꝑticulare gñat ⁊ nõ ꝯſer=
uat. ꝯña ꝓbat. Supponẽdo ꝙ de
eĩ ꝓducto aliq̃ñ verũ eſt vel aliq̃ñ
verũ erit dicere ꝙ pꝛoducit. Nã ⁊
de filio dei ꝓducto ĩ eternitate ve
re põt dici ꝙ ꝓducit in eternitate
Aut igit ens finitũ ab eterno ꝓdu
ctũ ſemꝑ ꝓducit q̃ñ eſt: aut aliq̃ñ
ꝓducit ⁊ ñ ſemꝑ. Si p̃º mõ habet
intẽtũ ꝙ ens ab eterno pꝛoductũ
ſemꝑ ꝓducat. Si ſcđo mõ: tũc in il
lo inſtãti in q̃ ſic ꝓducit p̃º capit



eſſe ⁊ ita hꝫ pꝛincipiũ durationis.
igit ab eterno non pꝛoducit. F Et
additur huic rõni qꝛ creatura ha=
bet eſſe acquiſitum: ⁊ per ꝯñs eſſe
poſt nõ eſſe: al's eſſet deus.
¶ Scđo arguit. Si aliqđ ens fini
tũ potuit ab eterno ꝓduci a deo:
ſeq̃t ꝙ illud fuit de facto ꝓductũ ⁊
neceſſario. ſꝫ hoc eſt ꝯ̃ vitatẽ: ꝗ ⁊c.
ſeq̃la ꝓbat. Oẽ qđ eſt dũ eſt neceſ=
ſe eſt eẽ. p̃º ꝑiher. igr̃ nõ põt nõ eẽ
niſi qꝛ potẽtia p̃cedit eẽ eiꝰ ꝑ quã
põt ĩpediri eiꝰ eſſe: ſꝫ ſi aliq̃d fuit
ab eterno a deo nulla potẽtia pꝛe
ceſſit eiꝰ eẽ a deo: ꝗ nõ potuit non
eſſe a deo. F Cõfirmat ſequela in
perpetuis nõ differt eſſe a poſſe. 3.
phyſi. tex. 32. ⁊. 9. meta. tex. 17.
¶ Tertio arguit. Si aliqđ ens po
tuit eſſe ꝓductũ a deo ab eterno:
maxĩe potuit eẽ celũ ſub motu: qđ
ẽt đ facto fuiſſe opinat Ari. ſꝫ hoc
eſt ĩpoſ'e q̃m ſeq̃ret hoc impoſ'e. ſ.
ꝙ tp̃s eſſet infinitũ a parte ante ⁊
a parte poſt: ergo celuꝫ ſub motu
nõ potuit ab eterno pꝛoduci.
¶ Pꝛobat ĩpoſ'itas ſeq̃le.
¶ Si tp̃s ſit ĩfinitũ a ꝑte ante ⁊ a
ꝑte pꝰ: ſeq̃t ꝙ ꝑs ſit maioꝛ ſuo toto
¶ Ad ꝓbãdã iſtã ꝯñtiã foꝛma
tur talis caſus.
¶ Si tp̃s ſit infinitũ ex vtraq; ꝑte
ſit meridies externe diei. a. ⁊ meri
dies diei hodierne. a. tunc p̃teritũ
ad. a. ⁊ futurũ ad. b. eſt infinitũ. et
ſil'r dõꝫ ẽ đ p̃terito ⁊ futuro ad. b.
Hoc dato ſequit ꝙ futuruꝫ ad. b.
ſit maiꝰ futuro ad. a. ⁊ q̃ño ſit ꝑs
eiꝰ: ſequit ꝙ ꝑs ſit maioꝛ ſuo toto.
¶ Sequela pꝛobatur.
F ¶ Quocũq; tꝑe pꝛeteritũ ad. b. eſt
maius: etiã futurũ ad. b. eſt maiꝰ.
G Sed pꝛeterito ad. a. pꝛeteritũ ad
b. eſt maius.
Igitur pꝛeterito ad. a. futuruꝫ ad
b. eſt maius.
H Pꝛet'ito ad. a. futuꝝ ad. b. eſt maiꝰ
Igitur futuro ad. a. futurũ ad. b.
eſt maius.
I Sꝫ futuꝝ ad. b. eſt ꝑs futuri ad. a.
Igit pars eſt maioꝛ ſuo toto.
¶ Pꝛima ꝓpõ q̃ eſt maioꝛ pꝛi=
mi argumẽti ſic pꝛobatur: vnũ
ſupponẽdo qđ eſt tale.
¶ Pꝛeteritũ ad. b. ⁊ futuruꝫ ad. b. Suppoſitum.
ſunt equalia: qꝛ vtrũq; ĩfinitũ nec
vnũ maius alio. Et ſil'r dđm eſt đ
pꝛeterito ad. a. ⁊ futuro ad. a.
¶ Tunc arguitur ſic.
¶ Quocũq; tꝑe alterũ duoꝝ eq̃liũ Pꝛobat
eſt maiꝰ ⁊ reliquũ eq̃le ẽ maiꝰ. F
Sed p̃teritũ ad. b. ⁊ futurũ ad. b.
ſunt eq̃lia: hoc pꝫ ꝑ ſuppoſitũ.
Igit quocũq; tꝑe vnũ illoꝝ eſt ma
ius ⁊ reliquũ. Igit ſi p̃teritũ ma
ius ⁊ futurũ maius ⁊ ecõuerſo.
¶ Scđa pꝛopõ q̃ fuit minoꝛ pꝛi
mi argumenti ſic pꝛobatur.
¶ Omne totũ eſt maius ſua ꝑte.
Sꝫ p̃teritũ ad. b. eſt ſicut totũ re= G
ſpectu p̃teriti ad. a. ⁊ illđ eſt ꝑs
Igitur pꝛeteritũ ad. b. eſt maius
pꝛeterito ad. a.
¶ Alia conſequentia que fuit
ſecũda ſic pꝛobatur.
¶ Quod eſt maius vno equaliuꝫ
eſt maius etiã reliquo.
Sed pꝛeteritũ ad. a. ⁊ futurũ ad. a. H
ſunt equalia: pꝫ per ſuppoſitũ
qꝛ vtrũq; infinitum.
Igitur qđ eſt maius p̃terito ad. a.
eſt etiã maius futuro ad. a.
¶ Alia ꝓpoſitio que fuit mi=
noꝛ ſecundi argumenti.
¶ Quod cõtinet aliquid ⁊ adhuc
amplius eſt totũ reſpectu eiꝰ.
Sed futurũ ad. a. continet futurũ I
ad. b. ⁊ aliquid vltra.
Igitur eſt totum reſpectu illius ꝗ
illud eſt pars.
Quoniã diſtinctio ſenſuꝫ auget ⁊
ignauis dãt internalla vigoꝛẽ: iđ
argumentũ hoc qđ etiã eruditis
aliquando faſtidiũ pꝛoduxit: tal'i
ter diſtinximus.
¶ Rñſiones ad p̃fata obiecta.
¶ Satis obiectiõibꝰ p̃fatis faciẽ=
do rñdet. Et ad p̃mã q̃dẽ dꝛ: vt a
s. Th. de potẽtia dei. q. 3. ar. 4. ad
6. nõ eſſe incõueniens dicere ꝙ ſi=
cut aer quandiu luce illuminat a
ſole: ita creatura quãdiu habet eẽ
fiat a deo: vt ẽt Aug. dt ſuꝑ Gene
ſin ad lr̃aꝫ. Ad p̃mã aũt impꝛobã

tiōez hui⁹ ōz ꝙ talis creatura dice
retur ꝑmanēs ſicut lumē cātū in
aere a cādela vl' ab aliq̄ lucido qe
to ꝛ imobili: qꝛ tota ſimꝉ eēt: nec
aliq̄d nouū potiſſime ad ſui itegri
tatē ꝑtinēs acq̄ret: nec eēt ꝯtinue
alia ꝛ alia eo mō quo ſucceſſiua ꝑ
d̄ūt vnā ꝑtē ꝛ acq̄rūt aliā: ſed eſſet
cōtinue eadē: ſicut oꝑatio qua in=
fluit cōtinue eē a deo eſt eadē nō
variata. Siľr ſcḋa iprobatio ibidē
poſita nō valet. Dico. n. ꝙ tūc fieri
a deo ꝛ ꝯſeruari idē eēnt re ſicut ꝛ
nūc nō aūt rōe. Et cū hoc iprobat
dico ad ṗmū. Qḋ creari ſupponit
nō eſſe nō q̄dē ſm̄ ṗoitatē ꝛ ordi=
nē durātiōis ſꝫ nāe tm̄: qḋ ēt ꝯſer
uari n̄ repugnat. Et lꝫ aliqḋ fieri
nō ſit cōſeruari: nō tn̄ ſequit ꝙ oē
fieri ꝛ ꝯſeruari ſunt res diuerſe to
taľr: ſꝫ ſequit ſolū ꝙ rōne differāt
vbicūq̄ꝫ reperiant. Ad ꝓbationē
ꝯn̄tie r̄ndet ꝙ lꝫ de oī ꝓducto ali=
qn̄ ſit verū dicere ꝙ ꝓducit: nō tn̄
opꝫ ꝙ de illo ſit aliqn̄ verū dicere
hoc nūc ṗ° ꝓducit vel ꝙ hoc nunc
ꝓducit ꝛ pri⁹ nō ꝓducebat: vel ꝙ
cuiuſlibet talis ſit dare aliqḋ nūc
tranſiens in quo primo producit.

¶ Ad ꝯfirmationē dico ꝙ creatu=
ra hꝫ eē acq̄ſitū ſꝫ nō nouiter: nec
eſt de⁹ aut equat filio dei: qꝛ n̄ acq̄
rit eſſe qḋ eſt idē cū ſua eſſentia et
cū eſſentia eius a quo producit.

¶ Ad ſcḋm argumētū negat ſeq̄=
la. Ad ꝓbationē. Oē qḋ eſt ꝛc. dico
ꝙ verū eſt loq̄ēdo de neceſſitate
ſuppōnis nō aūt abſoluta. ꝛ ideo
ſi deus ꝓduxiſſet mūdū ab eterno
adhuc abſolute potuit cū nō ꝓdu
cere in tota eternitate. Et cū ōꝛ ꝙ
in tali caſu potētia dei nullā ṗori
tatē hr̄et ad durationē illi⁹ creatu
re. dico ꝙ verū eſt ſi loquamur de
tota duratiōe. falſuꝫ aūt ſi loqua=
mur de q̄libet ꝑte duratōis: qꝛ po
tētia dei p̄ceſſiſſet qḋlibet inſtans
illi⁹ ꝑ mille āños: ꝛ ſic ipedire po
tuit ne talis creatura duraret in
tali iſtāti ꝛ ipſaꝫ ānihilare ꝑ cētū
āños pri⁹. Et ſic in tota illa dura
tione nūq̄ꝫ inuenies determinatū
tp̄s in quo neceſſe fuerit eē mūdū
ſimpľr qꝛ ſemꝑ hꝫ reſpcm̄ ad deū
qui prius potuit ip̄m annihilare.

¶ Ad cōfirmationē r̄ndet ꝙ ꝓpō
Ari. vera eſt de potētia paſſiua vt
oñdit. s. Th. ō potētia dei. q. 3. ar.
14. ad. 5. Et intēdit ꝙ in ſempiter
nis per ſe cuiuſmodi eſt deus aut
celū aut ſb̄e ſeꝑate aut aīe huma=
ne nō eſt potentia paſſiua ad eſſe
ſbale vľ ad nouā formā ſbalē: nec
potētia paſſiua ad nō eſſe: cū quo
ſtat ꝙ i deo eſt potētia actiua qua
pōt quālibet rē a ſe ꝓductā anni
hilare. Gregori⁹ aūt de Arimino
dicit illā ꝓpoſitionē phi eſſe verā
in ṗ° tm̄ perpetuo qḋ eſt de⁹. Que
r̄nſio qm̄ verbꝰ phi aduerſari vr̄
loquētis in plurali: iō meli⁹ r̄ndet
vt dictū eſt de mente. s. Thome.

¶ Ad tertiū argumentū r̄ndet ne G
gādo minorē qꝛ exceſſus ꝛ additio
nō eſt niſi reſpectu alicui⁹ actu exi
ſtētis i re vel actu accepti ꝑ itelle=
ctū aut imaginationē. Mō nullū
ifinitū ſm̄ totā ſuā ſucceſſionē eſt
actu aut intellectu acceptum.

¶ Ad ꝓbationē illi⁹ minoris cū ōꝛ
oē totū ꝛc. ōꝛ ad maiorē ꝙ ſolūve=
ra eſt: vbi totū ſuperaddit parti ſi
gnate aliquā aliā ꝑtē q̄ ſe habeat
i certa ꝓportōe ad ṗmā ꝑtē: qḋ nō
eſt in propoſito. Nā tp̄s ab. a. vſq̄ꝫ
ad. b. nullā hꝫ determinatā ꝓpor
tionē ad ifinitū tp̄s p̄teritū reſpcū
a. cui addit: iō illud infinitū ꝑ talē
additionē n̄ fit mai⁹ nec totū ſi qḋ
reſultat ex illo infinito ꝛ ex illo fi=
nito eſt mai⁹ ſua parte. ſ. infinito.

¶ Ad minorē illi⁹ ꝓbatiōis dicit Ad ꝓba
negādo ipſam. Dico. n. ꝙ nullum tionē.
infinitū hꝫ ꝓprie rōnē totius: nec J
hꝫ ꝓprie partē: nec infinitū hꝫ ra
tionē ꝯtinētis ſꝫ ꝯtēti: qꝛ infinitū
eſt cuius quātitatē accipiētibus
ſemper eſt aliquid extra accipere.
Poteſt etiā dici ꝙ nulla additio=
num dictarū fit alicui infinito pre
cedenti: ſed ſolum finito. Unde ar
gumē. procedit ex falſa imagina=
tione ac ſi infinitum habeat ratio
nem totius et ac ſi infinito poſſet



fieri additio q̄ꝫtū ad id quod infi=
nitū eſt ꝛ q̄ꝫtū ad ſuā totalitateꝫ.

¶ Obiecta ſcḋa aduerſus q̄ntam
ꝯcl'onē q̄ recitat Greg. de Arri
mino in ſcḋo ſen. di. 1. q. 3.

¶ Ex multis argumētis q̄ refert
Greg. in. 2. ſen. di. 1. ſequentia pro
poſito noſtro magis cōueniūt.

¶ Primū eſt. De⁹ nō potuit aliq̄d
de mā ꝓducere ab eterno: igr̄ nec
de nihilo: ꝛ ꝑ ꝯn̄s nl'lo mō. pꝫ ꝯn̄a
qꝛ q̄ñcunq̄ꝫ deus potuit ꝓducere
māṁ potuit ꝓducere ꝯpoſitū: alꝛs
mā ꝓduceret ſine forma. añs ꝓba
tur. Nam ſi ꝓduxiſſet de mā aut
per motū aut ꝑ mutatiōeꝫ ſubitā
ſi per motum: igitur non ab eter=
no: cū motus duratiōe p̄cedat ter
minū. nec per mutationē ſubitā:
qꝛ illa fuiſſet menſurata aliq̄ in=
ſtanti: ꝛ per ꝯn̄s illa habuiſſet pri
mum inſtās ſui eſſe: ac per hoc nō
fuiſſet ab eterno.

¶ Scḋꝫ eſt. q̄cq̄d eſt in potētia ad
duo oppoſita cōtradictorie ſi acq̄
ratur vnū illoꝝ relinq̄t reliquū qn̄
nō eſt mediū inter cōtradictoria:
ſꝫ ab eterno fuit verū dicere ō q̄li
bet creatura hec res pōt eſſe ſiľr
hec res pōt nō eſſe: igit ſi illa acq̄=
ſiuiſſet eſſe reliq̄ſſet nō eſſe: nihil
aūt pōt relinquere nō eſſe niſi pri
us fuerit ſub nō eſſe: ꝛ ſic ſi. b. fuit
ab eterno pri⁹ nō fuit: qḋ ē ipoſ'e.

¶ Tertiū eſt. Nam ſi ꝯcl'o ſit vera
ſequit ꝙ fuit poſ'e eſſe magnitudi
nem infinitā. ꝯn̄s eſt falſum ſicut
de multitudine. tenet ꝯn̄a. qꝛ de⁹
potuiſſet tūc creaſſe qualibet die
vnum lapidē cubitalem ꝛ priori
vniuiſſe. Infiniti autē lapides cu
bitales nō eſt dubium quin cōſti
tuerēt magnitudinē ifinitā actu.
Pariter ſequit deum potuiſſe fa=
cere vnū triāgulum infinitū: ꝛ ſi=
miľr circulū infinitū. Nam deus
ab eterno potuit produxiſſe vnū
trianguluꝫ ꝛ ſiľr circulum: ꝛ illis
quātitatē maiorē addidiſſe quo=
libet die: puta lateribus triangu
li bicubitū: ꝛ ſiľr aliquo orbe fa=
cto ab eterno potuiſſet cōcauuꝫ ꝛ
conuexū ſm̄ determinatā quanti
tatem augere: ꝛ ſic nunc eſſet infi
nitum in cōcauo ꝛ conuexo. quod
implicat manifeſte ꝯtradictionē.

¶ R̄nſiones ad p̄fata obiecta.

¶ Ad primū obiectū r̄ndetur ne=
gando antecedens. Nam potuit
producere terram cōpoſitā ex ma
teria ꝛ forma: ita ꝙ ly de dicat or=
dinem cāſitatis materie ad terrā
nō aūt preceſſionē materie ad ter
ram. Hoc autē feciſſet ſine motu ꝛ
mutatione influendo eſſe toti con
poſito ſine initio durationis: non
in aliquo nunc fluente: ſed in ali=
quo nunc ſtante. Et ideo proba=
tionis negatur cōditionalis. Qḋ
ſi intelligatur de materia preexi=
ſtente: tunc concedit antecedens
ꝛ negat ꝯſequentia. Cum vero ꝓ=
batur dicēdo q̄ñcunq̄ꝫ ꝛc. reſpon=
detur ꝙ ſi ly q̄ñcunq̄ꝫ diſtribuat
pro nunc fluente vel pro parte tē
poris infiniti cōceditur: nō tamē.
ſi diſtribueret pro nunc ſtante vel
ꝓ toto tꝑe ifinito: qꝛ ſm̄ implicat
cōtradictionem ꝛ nō primum.

¶ Ad ſcḋm dicitur ꝙ argumentū
equaľr vtrāq̄ꝫ partē cōtradictiōis
ꝯcludit. Eius vero defect⁹ eſt: qm̄
maior eſt falſa niſi itelligat de po
tentia nouiter acquirēte eē ꝑ ſui
mutationē. ꝛ ad hūc ſenſuꝫ ꝯceſſa
maiore negat minor: qꝛ illa crea=
tura quā poneremus ꝓductā ab
eterno nō ſic acq̄ſiuiſſet alterū ex=
tremū cōtradictiōis. ſ. eſſe. Poten
tia. n. creature ſemꝑ fuiſſet ꝯiūcta
actui ꝛ nūq̄ꝫ diſtās nec ꝑ ſui muta
tionē acq̄ſiuiſſet actū: vt pꝫ.

¶ Ad tertiū negat ꝯn̄a. Ad ꝓba=
tionē dicit ꝙ nō eſt dies hora vel
inſtās in quo deus non potuerit
vnū lapidē cubitalem creaſſe: ꝛ tn̄
ipoſ'e eſt vt creauerit in q̄libet die
ꝛc. Nā ibi arguit a ſēſu diuiſo ad
cōpoſitū: vt puta ſic arguendo. In
q̄libet nūc deus potuit creare vnū
angelū: igit poſ'e fuit ꝙ i quolibꝫ
nunc tꝑis creauerit vnū angeluꝫ
diſtictū ab alijs ṗ° creatꝫ. Pria eſt
diuiſa ſcḋa cōpoſita: ita i ꝓpoſito

per idē ptꝫ rñſio ad ſequētia.
¶Obiecta aduerſus ſextā ꝯcluſio
nē q̄ ſunt Alberti magni i ſcḋa
parte ſumme tracta.1.q.2.inci
dente poſt.q.quartā.
¶Magnus doctoꝛ Albert⁹ in ſe-
cūda pte ſumme ceu aſſentiēs ꝓ-
poſitioni oppoſite aduerſus ſextā
ꝯclōnē obijcit ſm determinata a
Boetio ⁊ Platone multiplr̄.
¶Primo quidem quod repugnat
alicui nature nō eſt ꝯpoſſibile illi.
Sꝫ mūdus ē tpalis cui repugnat
eē ab eterno: niſi ab ꝓpō notet oꝛ
dinē: ꝗ iſta duo nō ſunt cōpoſſibi-
lia. Mūdus eſt fact⁹ a deo: ⁊ mun
dus eſt etern⁹. ꝓbat maioꝛ. qm̄
de⁹ nulli negat cōmoda ad boni-
tatis ſue pticipationē ⁊ oia facit
ꝯuenientiſſimo modo quo fieri pn̄t
⁊ iō ēt gradus diſtinguunt in en-
tibus. ꝓbat minoꝛ. Nā ꝙ totū eē
ſuum noſce ⁊ poſſe in vno ſimpli-
ci nō poſſidet: ſꝫ ꝑ vices accipit: ⁊
vno tpe hꝫ qḋ alio nō hꝫ tpale eſt
aliquo mō. Mūdus eſt hmōi: qm̄
ſolius dei eſt poſſidere vt ait Boe
tius in q̄nto de ꝯſolatōe. ꝗ ⁊c. Qḋ
vero tpali repugnet eē ab eterno
patet q꞉ contradicunt.
¶Scḋo. Oē fieri qḋ nō extēditur
in infinitū: initiū hꝫ ⁊ finem. Ois
creature creari ex pte creatur fie-
ri eſt nō extēſuꝫ in īfinito: ꝗ initiū
hꝫ quo incipit ⁊ finē quo deſinit: ꝗ
quadā mēſura finita mēſurat ita
ꝙ dicit momētaneū vel hoꝛariuꝫ
vel diurnū: ⁊ ſic de alijs. ꝗ quāuis
creatoꝛ infinite potētie ſit ⁊ poſſit
in momēto ꝓducere q̄cq̄d vult: tn̄
ex pte creature neceſſe eſt ꝙ fieri
illud tpe mēſuret: ꝗ tpale eſt ⁊ in
tpe. Dicit. n. Ari. in. 4. phyſi. ꝙ in
tpe eē eſt i q̄dā pte tpis mēſurari.
¶Tertio. Qḋ eſt cōtra intellectū
creature nō eſt cōpoſſe illi. Sed ꝙ
creatura ſit creata ſine initio tpis
eſt ꝯtra intellectū creature: ꝗ non
eſt illi cōpoſſe. maioꝛ pꝫ. minoꝛ ꝓ-
bat. Cōtra intellectū eſt ꝙ ꝓprie-
tas nō claudat ſubiectū in defini
tiōe ⁊ itellectu ſuo ſm incipe ⁊ ꝑfi
cere ⁊ deſinere. Alr̄. n. nō valeret
ars demrātiua Ari. i p⁹ poſte. vbi
dicit ꝙ ſcḋs modus dicēdi ꝑ ſe eſt
qn̄ ſubiectū claudit in rōne p̄dica
ti: ſꝫ duratio ꝓpria eſt ꝓprietas
vniuſcuiuſq; eē qḋ durat: ꝗ cōtra
intellm̄ creature eſt ꝙ ſit ſine du-
ratiōe. His ⁊ q̄buſdā alijs medijs
cogētib⁹ vr̄ Albert⁹ magn⁹ tenere
nō eſſe cōpoſſe ꝙ creatura ſit ſine
initio tpis. Profecto ſi multi peri
pateticoꝝ aut ſtoicoꝝ hr̄ent taꝫ
foꝛtes rōnes ad fouēdā opinionē
de eternitate mūdi: gloꝛiabūdi ſe
demrāre clamarēt. Quib⁹ rōnib⁹
humilr̄ ac caute rn̄dere ſatagem⁹
oꝛthodoxe fidei myſteria maieſta
tēq; venerātes: q̄ oib⁹ rōnib⁹ ꝑhan
tiū p̄eſt: eoꝝ ꝯo p̄cipue magni do
ctoꝛis nos idigni exiſtim⁹ diſcipli.
¶Rn̄ſiones ad p̄fata obiecta.
¶Ad primū q̄dē igit rn̄det ꝙ tem
poꝛale aliq̄d dr̄ duob⁹ mōis. Uno
q̄dē mō vt eſt ꝯdiuiſuꝫ eterno: co-
euū aūt tpi. iuxta illud. Que vidē
tur tpalia ſunt: ⁊ hoc mō accepto
tpali ita repugnet eē ab eterno ſi
cut tpi īfinitas. Alio aūt mō dr̄ tē
poꝛale q꞉ illi⁹ ꝑiodus determiato
tpe menſurat ⁊ huic mō tpalitatꝫ
repugnat eē ab eterno ſicut ⁊ infi
nitas duratiōis. Ad ꝓbationē ve
ro minoꝛis dr̄ maioꝛē verā eē ſalti
de tēpoꝛali primo mō accepto.
¶Ad ſcḋm rn̄det. Si mūdus eēt
ab eterno nō eſſet incōueniēs aſſe
rere ꝙ fieri creature eſſet extēſum
in īfinitū vt. ſ. dictū eſt de ꝯſerua-
tiōe q̄ ſm rem idētificat creatiōi.
Neq; oē fieri mēſurat tpe aut idi
uiſibili ſucceſſiuo ex pte creature:
ſꝫ indiuiſibili ꝑmanēte qḋ eſt nūc
ſtans: queādmodū in ſupioꝛib⁹ di
ximus. Hāc dicim⁹ eē inſtās eui
qḋ ꝑmanet: quo oīꝫ incoꝛruptibi
liū ⁊ ſempiternoꝝ eē menſuratur.
¶Ad tertiū rn̄det ꝙ ꝓpria dura-
tio nō eſt ꝓpria q̄rto mō. i. ex prin
cipijs eēntie neceſſario oꝛta ſicut
riſibilitas: ſꝫ eſt ꝓpetas p̄mo mō
dicta: ſeparabilis ſm intellectū a
ſubiecto: ſꝫ actū vero per actionē



primi p̄cipij qḋ pōt oē nō impli-
cans cōtradictionē. Eſt itaq; du-
ratio ſicut accn̄s cōe nō ſicut acci
dens ꝓpꝛium.
¶Obiecta cōtra coꝛrelariū ſexte
ꝯclōnis: qḋ eſt: motui ⁊ tempoꝛi
non repugnat infinitas.
¶Durādus aduerſus coꝛrelariū
p̄fatū inſtat ſic. Motui celi repu-
gnat infinitas: ergo cuilibet mo-
tui. ptꝫ ꝯn̄a. an̄s ꝓbat. In reuolu
tiōibus celi neceſſe eſt dare p̄mā
⁊ vltimā. ꝗ nece eſt eas eē finitas.
An̄s ꝓbat duplr̄. Pꝛio. naꝫ in eis
fuit ſemꝑ oꝛdo ſucceſſionis: ita ꝙ
nunq; due ſil̄ fuerūt ⁊ ſingule ſūt
accepte imo ⁊ oēs ex q̄ q̄libet fuit
actu pn̄s ⁊ ē p̄terita ⁊ ſilr̄ oēs. Aut
ꝗ ē accepta aliq̄ anteq; nulla aut
nō. Si ſic: hr̄ intētū: q꞉ illa erit pꝛi
ma. nūc vero eſt dare vltimā acce
ptā. ſ. hodiernā. igit ⁊c. Neq; etiā
non: q꞉ ante oēs cōiunctim nulla
fuit: ergo neq; ante quālibet. idē
enim eſt ante oēs ⁊ ante ſingulas
eſſe aliā acceptā cuꝫ ſint oꝛdinate
accepte: ⁊ ꝯn̄r nō ſūt accepte oēs::
niſi q꞉ eſt accepta vna includens
oēs. Scḋo ꝓbat an̄s. Aut in reuo
lutionib⁹ celi p̄teritis aliq̄ a pn̄ti
diſtat i īfinitū: aut nō. Si diſtat: ꝗ
necio illa erit p̄ma cū nō poſſit da
ri maioꝛ diſtātia. ſi aūt non: ergo
nō p̄ceſſerunt infinite: qḋ eſt ꝯtra
ſuppoſitionem.
¶Scḋo arguit Aureo. ꝙ tpi p̄te-
rito repugnat infinitas. De rōne
inquit infiniti ē ꝙ ſit act⁹ permix
t⁹ potētie: vt habet a pho. 3. phy.
⁊ a Cōmē. cō. 58. Rōni aūt p̄teriti
repugnat eē actū ꝑmixtū potētie
qm̄ i p̄terito nulla p̄t eē potētia. ꝗ
tpi p̄terito repugnat infinitas.
¶Tertio Aureo. ad ideꝫ arguit.
Ratio infiniti eſt rō q̄ necio eſt in
ꝓceſſu ⁊ ex parte illa ad quā ꝓce
dit. ergo infinitas nō poteſt eē ex
parte p̄teriti: q꞉ eſt pars a qua nō
ad quā ꝓcedit. An̄s declarat pꝛi-
mo exēplo i additione numeroꝝ
in qua nō ꝓcedit in infinitū ꝟſus
vnitatē ſꝫ ab vnitate: ſilr̄ ꝓceſſus
diuiſionis in infinitū in continuo
nō eſt ad totū ſꝫ a toto. ſcḋo rōne.
aut rō īfiniti ī eſt termino a q̄ aut
termino ad quē: nō termio a quo
q꞉ nō eſt in potētia ſꝫ in actu ꝑfe-
cto. ergo rō infiniti eſt ex parte ad
quaꝫ ꝓcedit. Nec valet ſi diceret
accipio diem externā ⁊ poſſuꝫ ad
huc accipere aliam pꝛioꝛē: ⁊ ita in
infinitū: ergo ꝟſus p̄teritū pōt eē
ꝓceſſus in infinituꝫ: qm̄ mutaret
ratio p̄teriti in rōnem futuri. Nā
cōditio futuri eſt ꝙ ſit ꝓceſſus ad
ipſuꝫ: que cōditio illo mō agendo
attribueret p̄terito vt patet.
¶Rn̄ſiones ad p̄fata obiecta.
¶Ad p̄mū q̄uidē Durādi: negat
an̄s ꝯn̄tie ſcḋe ꝓbantis an̄s p̄me.
Ad illius ꝓbationē p̄mā dr̄ ꝙ nul
la fuit ante oēs aut includēs oēs
ſimplr̄. Nec ex hoc ſequit qui oēs
fuerint accepte cōiunctiꝫ vel diui
ſim ſaltē q꞉ impoſſe eſt accipe totū
infinitū in actu ſm reꝫ nec ſm in
tellectū. Hanc vero ꝯn̄tiaꝫ nullā
eſſe apud Ariſt. oſtēdi pōt duob⁹
exemplis. Primuꝫ eſt de mutatis
eſſe: in motu cōtinuo. Dicit enim
Ariſ. 6. phy. ꝙ ante qḋlibet moue
ri p̄ceſſerunt infinita mutata eſſe:
nec tn̄ fuit dare pꝛimuꝫ. Et cōſtat
ꝙ talia mutata eē trāſeūt oꝛdine
quodā ⁊ nunq; duo ſimul. Primū
exemplū eſt de partib⁹ ꝓpoꝛtiona
libus hoꝛe p̄terite quarū oēs quo
dā oꝛdine ſūt accepte. nec tn̄ fuit
īter eas aliq̄ p̄ma potiſſime diſtin
guēdo ſic illas partes ꝙ minoꝛes
ſint ꝟſus p̄ncipiū hoꝛe ⁊ maioꝛes
ꝟſus fineꝫ. Cauſa aūt q̄re in tali
bus non opꝫ dare p̄maꝫ eſt q꞉ nō
ſunt partes eēntialr̄ oꝛdinate: ſed
accidētalr̄ ⁊ in talib⁹ non opꝫ da-
re p̄mam. ¶Ad ſcḋam ꝓbationeꝫ
antecedētis diceret Ariſt. ꝙ inter
illas nō fuit aliq̄ diſtās ab hodier
na infinite. Ad ꝓbationē negat
ꝯn̄tia. eſt enim ibi fallacia conſe-
quentis arguēdo a pluribus cau
ſis veritatis ad vnaꝫ illarū. Non
eniꝫ ponimus īfinitatē in reuolu
tionibus talib⁹ iſto modo. ꝙ inter

eas aliqua fuerit a q̄ p̄ns infinite diſter: ſ; alio mō quia. ſ. nulla iter eas tm̄ diſtat p̄nti q̄n fuerint mille alie āpli⁹ diſtātes. Non ꝯualet iſta ꝯ̄ña. Nulla īfinite diſtat: igit̄ non p̄ceſſerūt īfinite. Qđ patet in ſimili. Nulla ſpēs numeri infinite diſtat ab vnitate: igit̄ nō ſunt infinite ſpecies numerorum.

¶ Ad ſcđm qđ eſt Aureo. dicendū ꝙ cū p̄terito nulla ſit potētia: ſed fuerit ideo ꝓprie loquēdo in p̄terito nō eſt infinitū: ſ; fuit. Sed tn̄ queādmodū dicimus mot⁹ eſt p̄teritus de cuius rōne eſt potētia admixta actui: ⁊ tn̄ in motu p̄terito nulla ē potētia. ita iſta eſt vera: īfinitū eſt p̄teritū. Fallitur vero arguēs in hoc ꝙ rōnē infiniti eo mō vult inuenie ī īfinito a p̄te ante ſicut a parte poſt. Nā tp̄s futurum erit infinitū q̄ ante oēʒ actū eius reſtat potētia ⁊ ecōtra. Nam poſt oēm partē eius poſitā in actu erit alia ī potētia: ⁊ reſtat alia ponēda in actu. In p̄terito vero eſt oppoſitum. Nam ante oēʒ actū preceſſit potentia et econtra.

¶ Confirmat̄ rn̄ſio q̄m ſi mod⁹ arguēdi valeret ꝓbaret vtiq; ꝙ nulla infinitas a parte ante dari poſſet. Quod eſſe falſuʒ manifeſte patet per totū ſextū phyſicorum vbi Ariſt. oſtendit ꝙ omne qđ mouet̄ prius mouebatur in infinitum.

¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ ꝯceſſo īfinitū de quo eſt ſermo ſtare in ꝓceſſu: iuxta Cōmē. 3. phy. cō. 57. ad rōnē infiniti nō requirit̄ ꝓceſſus ſm rē ſed ſufficit ꝓceſſus ſm itell'm aut imaginationē: ille aūt reperit̄ tā in p̄terito q̄ʒ in futuro. Ideo negatur añs: ſi pars ad quā ꝓcedit̄ ſm intellectū itelligat̄ eſſe quoq; ſm rē. Ad primā ꝓbationē dr̄ ꝙ īfinitas repta in numeris nō eſt eiuſdē rationis cū īfinitate p̄teriti. Nā nūerus nō hʒ īfinitatē niſi a p̄te poſt ꝓcedēdo ab vnitate ad numeros. ꝓceſſus aūt diuiſionis in cōtinuo reperit̄ ꝓcedendo de toto ad partes ⁊ de partib⁹ ad totū. Ideo non cogit. Secūda q̄q; ꝓbatio nulla ē q̄m ſupponit ꝙ in ꝓceſſu p̄terito ⁊ a parte ante fuerit aliq̄s termin⁹ ⁊ ſolum vnus terminus a quo ſimpliciter. Qđ non eſt verū. ⁊ licet rō p̄teriti nō poſſit mutari in rōnē futuri: pōt tn̄ id qđ eſt p̄teritū hr̄e rōnem futuri: ſicut oē p̄terituʒ aliq̄n fuit futurū ſm ſe totū aut ſ; quālibet ſui partem.

¶ Cōfirmatur rn̄ſio. Quia ſi argumentū cōcluderet pariter ſequeretur repugnare motui eſſe p̄teritū. Arguendo ſic. Proceſſus a termino a quo ad terminū ad quē repugnat p̄terito. ſed ꝓceſſus talis eſt de rōe motus: ḡ repugnat motui eſſe preteritum.

¶ Obiecta aduerſus vltimam cōcluſionem.

¶ Obijcit Durādus aduerſuʒ primaʒ parteʒ vltime cōcluſionis ſic. Quod ineſt alicui ex ſe; vel ex ſua natura nō deſtruit naturā ſ; ſupponit vel ponit. Nō ens aūt vel nihil naturā deſtruit. ergo impoſſe ē ꝙ aliqua res ex natura ſua ſit nō ens vel nihil.

¶ Scđo inſtat Greg. de Arimino. ad idē. Si creature ex ſe cōueniret nō eē ⁊ eēt ex ſe n̄ ens: a nullo poſſet ſibi cōuenire eē: nec ab alio poſſet eſſe ens. Sicut q̄ diameter eſt ex ſe īcōmēſurabilis coſte ſui quadrati a nullo alio pōt ſibi eſſe cōmenſurabilis.

¶ Tertio arguit Alber. magnus in ſcđa par. ſumme. tractatu p̄mo q. 4. contra totam concluſionem. Illud p̄cedit natura: qđ aliq̄d eſt de p̄cipijs naturalib⁹ rei: ⁊ qđ in ſequēti eſt actu ⁊ intellectu: ⁊ ē in p̄mo mō dicēdi ꝑ ſe q̄n p̄dicat̄ de ipſo: ſm doctrinā Ariſto. in primo poſterio. Cui⁹ āt nā vel nāle p̄ncipiū nihil ſit: null⁹ vnq̄ʒ intelligere potuit. Vñ ꝯſtat natura nihil non pōt p̄cedere creaturā. Et ſic cū dr̄ creatura ſit ex nihilo: ꝙ p̄poſitio ex notat ordinē duratiōis ei⁹ qđ ē nihil ad creaturā: ita ꝙ nihil fuit p̄uatiuū ois eē creature ⁊ duratōis



¶ Reſpōſiones ad prefata obiecta.

¶ Ad primū obiectū qđ eſt Durādi: rn̄det̄ ꝙ conuenire aliq̄d alicui pōt eſſe: aut ī p̄mo. aut ī ſcđo: aut in tertio modo perſeitatis. Itē dicit̄ ꝙ deſtruere nām pōt intelligi dupl'r. Aut quātū ad eſſe actualis exñtie: ⁊ oīa q̄ ſunt nāe accidentalia. Aut quantū ad ea que nāe cōueniūt in primo ⁊ ſcđo mō dicēdi per ſe. Si itaq; intelligat̄ maior de ly per ſe in tertio mō: ⁊ de nā quātū ad eē actual' exñtie, falſa ē. Naʒ dum cōſiderat̄ ſolū ⁊ ſolitarie nā creata remotis oībus q̄ ſibi cōueniūt ex cauſis extrinſecis: hoc mō non eſſe ꝑ ſe ſiue ex ſe dicimus cōuenire omni eſſentie create. At in p̄mo ⁊ ſcđo mō per ſe vera eſt ꝓpoſitio: ſed in p̄ſentiarū vt dictū tm̄ ex ſe: ſm tertiuʒ modum perſeitatis accipitur.

¶ Ad ſecūdum qđ eſt Gregorij negatur conditionalis aſſumpta ſi intelligat̄ de perſeitate tertio modo: quomodo nos ſolum intelligimus. Quod autem adducitur de diametro non eſt ad propoſitū: q̄ incōmenſurabilitas illa conuenit diametro in ſcđo mō perſeitatis.

¶ Ad tertium qđ eſt Alberti rn̄detur. Duplicia eē p̄ncipia rei ī fieri tm̄: vel in eſſe tm̄. Si itaq; maior intelligat̄ de p̄ncipijs rei in fieri tm̄: falſa eſt: q̄m priuatio eſt p̄ncipiū nāliū in fieri: ⁊ tn̄ nō eſt in primo mō p̄ſeitatis rei facte cū nō ſit ens poſitiuū. Propterea dicimus ꝙ nihil eſt principiū omniū reruʒ creatarū: quantuʒ ad fieri hñs ſe loco priuatiōis que eſt principiuʒ rerū nāliuʒ tāq̄ʒ terminus a quo. Cōcedit̄ quoq; ꝙ in illa ꝓpoſitione creatura ſit ex nihilo: eē priuatiuum omnis eſſe nihil. ⁊ hoc neceſſario vt probatū eſt. Eſt quoq; priuatiuū durationis omnis de facto: ſed non de neceſſitate. Q̄m primuʒ principium ita ab eterno potuit creaturas ꝓducere: ſicut ⁊ in initio tēporis: ꝓpter ſui infinitatem intenſiuā ⁊ extenſiuā. Ad cuius maieſtatis ampliorē reuerentiam: tanta ſint de mundi eternitate dicta.

¶ Finis Quarti ⁊ vltimi libri de eternitate mundi in Auerroiſtas: Fratris Iſidori de Iſolanis mediolanenſis ordinis p̄dicatorū ac lectoris cōuentus s. Apolinaris Papie. In die s. Iacobi apoſtoli. M.D xiij. in eodē cōuentu completi.